



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera**

**Agobardus <Lugdunensis>**

**Parisiis, 1666**

Flodoardus lib. II. Hist. Rem. cap. XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14678**

*Idem auctor ad an. D C C C X V.*

**B**ERNARDVS adhuc & AGO. BARDVS Viennensem Ecclesiam regebant. Qui ambo apud Imperatorem delati, desertis Ecclesiis in Italiam ad filium Imperatoris Lotharium se contulerunt; & postmodum, piis Imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem, Bernardus Viennensem sedem recipit. Post pauculos annos Agobardus apud Sanctonas in expeditione regia positus defungitur.

*Flodardus lib. i i. Hist. Rem. cap. xx.*

**A**NNO Incarnationis Dominicæ octingentesimo tricesimo quarto Lotharius territus conventu fratrum suorum ac plurimorum fidelium patris Imperatoris, fuga lapsus, patrem suum adhuc ab ingressu Ecclesiæ sequestratum dimisit. Cum quo inter alios etiam quidam Episcopi, fautores ipsius in adversitate patris sui, relicti contra sacras regulas sedibus suis, perrexerunt, Iesse videlicet Ambianensis, & Hereboldus Antisiodorensis, AGOBARDVS Lugdunensis, & Bartholomæus Narbonensis Episcopus.

*Ex Chronico*